

- narrator:** **JACOBUS ET FABALIA**
- narrator:** scaena prima – domi
- narrator:** Jacobus et mater vaccam habent, sed vacca lactem non dat.
- Jacobus:** vaccam vendere possumus. eam ad macellum duco.
- narrator:** scaena secunda – in via
- narrator:** Jacobus magum in itinere convenit.
- magus:** ecce! quinque fabae magicae! si tu mihi vaccam das, ego tibi fabas do.
- narrator:** itaque Jacobus fabas et magus vaccam accipiunt.
- narrator:** scaena tertia - domi
- mater:** quam stultus es, Jacobe! quid cum quinque fabis facere possumus?
- narrator:** mater igitur fabas e fenestra deicit.
- narrator:** postridie mane Jacobus ingentia fabalia in horto videt! fabalia ascendere coepit. simulac ad summa fabalia pervenit, sagam videt!
- narrator:** scaena quarta – apud sagam
- saga:** (*magna voce*) quid vis, puer?
- Jacobus:** si vis, ientaculum volo!
- narrator:** saga ientaculum ei coquit. sed eo tempore gigantem advenientem audiunt.
- saga:** in foco cela!
- narrator:** tum gigantem cantantem audiunt.

- gigas:** fee, fi, fo, fum, sanguinem viri Britannici olfacio.
- saga:** inepte! ientaculum consume!
- narrator:** post ientaculum, gigas pecuniam numerare coepit. sed fessus est, et mox obdormit. Jacobus igitur pecuniam capit et domum currit.
- narrator:** scaena quinta – domi
- mater:** quam callidus puer es!
- narrator:** Jacobus fabalia iterum ascendit.
- narrator:** scaena sexta – apud sagam
- saga:** quid vis, puer?
- Jacobus:** si vis, ientaculum volo.
- narrator:** saga ientaculum ei coquit. sed eo tempore gigantem advenientem audiunt.
- saga:** in armario cela!
- narrator:** tum gigantem cantantem audiunt.
- gigas:** fee, fi, fo fum, sanguinem viri Britannici olfacio.
- saga:** inepte! ientaculum consume!
- narrator:** post ientaculum gigas gallinam tollit.
- gigas:** ovum pari, gallina, ovum pari!
- narrator:** gallina ovum aureum parit! sed gigas fessus est et mox obdormit. Jacobus gallinam capit et domum currit.
- narrator:** scaena septima – domi
- mater:** quam callidus puer es!
- narrator:** Jacobus rursus fabalia ascendit.

narrator: scaena octava – apud sagam
saga aquam quaerit. Jacobus igitur in caccabo se celat.
tum gigantem cantantem audit.

gigas: fee, fi, fo, fum, sanguinem viri Britannici olfacio.

saga: inepte! ientaculum consume!

narrator: post ientaculum gigas citharam auream capit.

gigas: lude, cithara, lude!

narrator: cithara ludere coepit, sed gigas fessus est et mox
obdormit. Jacobus igitur cum cithara effugit, sed cithara
vocat

cithara: domine, domine!

narrator: et gigas surgit. gigas Jacobum ad summa fabalia agitat.
Jacobus fabalia descendit. descendit quoque gigas!

narrator: scaena nona – domi

Jacobus: mater! securem fer! fabalia excidere volo.
(fabalia excidit).

narrator: gigas quoque decidit. in magnum cavum evanescit.

Jacobus: finis eius est!

narrator: itaque Jacobus citharam gallinamque et aureum gigantis
retinet. post haec Jacobus et mater simul feliciter vivunt.

narrator: FINIS